

4

Laceat omnibus, et singulis p̄ses inspecturis
sicut in libro visitationum facti ab Illmo
et Reumo DD. Carolo a Basilica Libri olim
Novarier Ep̄o de anno 1596. in Vicariatu lu-
menie Novarien. huius Dice. existend. in ob-
schivio huius Curie Ep̄i inter alia reperit pro
ut infra sequit̄, utt̄.

In Nomine Dni Amen Anno Natiuitatis
eiusdem currentis millimo quingentesimo
decimo octavo, Indictione ^{sexto} ~~sexta~~ die fu-
ne vigesimo Mensis Octobris hora circa
nonam in Burgo Vemenie, et sub Latatio
communis ad Bancum consulum. Presentibus
• Testibus Honorabili Viro D. Joanne Antonio
de Applano Pontate Vemenie, et Plebis
Cobia de Antegorio habitatore Cruginalli
et pro Dō Notario D. Libro Danerio de Cru-
sinallo, f. q̄m Joannini Thome, ad hec
Donis, notis, uocatis et rogatis

Stique Venerabilis D. H^o Jacobus Filius B^o
tholomei Vallini de Bulha Canonicus
lectus S^o Ambrosij de Vemenia, cui
Declaratus, et ostensus fuit tenor infrascripto-
rum Instrumentorum, preceptorum,
constitutionum, et primo tenor Constituti-
onis infrascriptus sequens ad literam pro
ut infra, videlicet.

1547. In Nomine Dⁿⁱ Amen, anno natiuitatis
eiusdem millesimo secentesimo quad-
gesimo septimo, Indictione quinta de-
cima die vigesimo secundo mensis Au-
gusti.

Redy in Christo Pater, et P. P. Frater Guliel-
mus Dei gratia Episcopus Nouariens, et
Comes. Impenso uisitationis officio in
P^oble S^o Ambrosij de Vemenia tam in
capite quam in membris ipsa uisitati-

ne facta infrascripta statuit corrigend, refor-
mand, et emendand, ut Clericorum dicta
Ecclesia bone uite fructus accrescere eis-
dem ad mentem perveniat, et commodi-
tatis Ecclesiarum dicta Plebis Invevemen-
sa subsequantur.

In primis cum in ipso uisitationis officio
sit repertum Religiosum Virum fratrem
Gulielmum Brepositum Domus de Vris:
Baldono Vicarium Generalem Rev. in
Christo Patris, et P. P. Joannis Dei, et
Apostolice Sedis gratia tunc Episcopi
Nouariens, et Comitis, et ab eodem Patre
in d^o Civitate, et Diocesi Visitatorem
specialiter constitutum in p^oble dicta
S^o Ambrosij de Vemenia, tam in capi-
te, quam in membris officium uisitationis
exercentem ad excitandum, et remouend.

Beneficiorum ipsius Ecclesie pignitiam,
et ad augmentum diuini cultus anima-
rum proficuum, et eiusdem Ecclesie hono-
ris, et decoris ampliationem salutaris
ordinationes, constitutiones, seu reformationes
factas fuisse, et publi-
citas, et per prefatos Prepositum, Cano-
nicos, et Beneficiarios eiusdem Ecclesie
habitas, et receptas tenoris inferius annota-
ti.

Cum Templum Dei debeat pollere lapidibus
preciosis, et ipsum debeat decere sancti-
tudo, ad hoc debent Visitatores pro uiribus
anhelare, uirtutes ipsius habitatoribus in-
uendo, eradicatoris uicij penitus ab eisdem
De circo Hos fratres Gulielmus prepositus
Bonny de Uzibadono Generalis Vicari-
us Reuerendi Patris, et P. D. Joannis Dei

3
et Aptica, sedis gratia Nouariensis Epi,
et Comitis, ac Ciuitatis, et Districtus
eiusdem D. Generalis, et ab eodem
in dicta Ciuitate, et Diocesi Visita-
tor specialiter Deputatus existens, in
Burgis Veneniis in Ecclesia S. Ambro-
sij eiusdem Burgi Visitationis officii-
um exercent. dictam Ecclesiam fore
omnibus bonis spiritualibus sepe uim
destitutam, et eadem per Prepositum, Ca-
nonicos dictae Ecclesie miserabiliter
deseruiui Messas, quae minime celebra-
ri, matutinis fere et alijs horis fere non
quam interueniendo, nec eadem simul,
nec collegialiter decantantes, ex quibus
contra eorundem clamor populi insurrexit
propter praedicta scandalum patientes.
Unde ad tantum clamorem, et scanda-

lum sedandos ut D. Epus supradictus,
cuius uices gerimus in hac parte in ex-
tremo iudicio predictis Canonici, et Pre-
posito ipsius subditis. Coram omnium
discussore plenam ualeat reddere rationem,
et ut dicta Ecclesia in melius sublime-
tur in frusta ad honorem, et laudem
Creatoris omnium decernimus statuere
et ordinari.

In primis quod dicti Prepositus, et Canonici
habent in domibus Ecclesie predictae,
et eidem coherentibus.

Item, quod per eundem Prepositum, et Ca-
nonicos omnes hore Canonice dicantur
in Ecclesia predicta.

Item, quod matutinum, et uesperinum,
et conuentalis Missa ab eisdem Pre-
posito, et Canonici decantentur publicè

et alia uou.

Item, quod medietas decimarum omnium
spectantium ad dictam Ecclesiam ubi-
cumque, et in quocumque loco sint,
et que ad cuiuscumque preben. perti-
nent. communiter colligantur, et ad Com-
munitatem dictae Ecclesie sic perpetuo
deputata, contra faciant. et nunc à per-
ceptione fructuum preben. suorum sus-
pendimus per hec scripta conuertendo
nam in utilitatem Ecclesie supradictae,
et nihil omnino ipsa sic contrafacientes
in libris decem fmp. pro quolibet applican-
tione dicti D. Epi et successorum
suorum condemnamus.

Item, quod predicta medietas dictarum
decimarum sit communiter collecta, et
in dicto comuni hore recondita inter

Residentes dictae Ecclesie, et interuenientes
diuinis officijs pro ut magis, aut
minus Interfuerunt, et inferius Decla-
rabitur, Diuidatur: In primis quod in-
teruenientes matutinis a principio us-
que in finem habeant, et sibi scribantur
in data Imp. tres qui uero interfue-
rint solum post gloriam primi psalmi
et steterit usque ad finem matutini, habe-
at, et sibi scribantur in data Denarij duo
non interuenientes uero in principio ma-
tutini, uel ante finem gloriae primi psal-
mi, uel non perseverantes usque ad
finem nihil habeant, nec sibi aliquid
scribatur in data.

Item quod interuenientes missae conuenticualis
a principio, usque ad finem habeant
et sibi scribantur in data Imp. duo

5
qui uero non interfuerint a principio, dum
tamen interueniant ante primum Kyrie, et per-
seuerarint, habeant, et sibi scribantur in data
Imp. unus; alij aut, nihil habeant, et nihil
in data sibi scribatur.

Item quod interuenientes uesperis a primo usque ad
finem habeant, et sibi scribantur in data Imp.
duo, qui uero non interueniunt a principio, dum
tamen interueniant ante gloriam primi psalmi,
et perseverarint usque ad finem, habeant, et
sibi scribantur in data Imp. unus, alij uero nihil
habeant, nec sibi scribatur in data aliquid.

Item quod oppressi graui notoria, et euidenti infirmi-
tate, et absentes pro ministrandis Ecclesiasticis
Sacramentis populis sibi subiectis de licentia
dicti Prepositi, et scientia Cancorum, dum apud
dictam Ecclesiam S. Ambrosij residentiam
faciant personalem, habeant, et sibi scriban-
tur in data ut supra, dum tamen dicti

Infirmi, dum evas sani consueverunt
intervenire diuinis.

Item, quod secundum datam modo predicto
pro quolibet cano dicta medietas predicta
Decimarum pro rato quodlibet contin-
gente inter dictos residentes diuidat.

Item, quod ad notandum, qui inter fuerunt predictis
horis, et Minis ut supra et eis scriben in data
pro ut supra est declaratum annuatim unus
Canonius deusorum de consilio maioris par-
tis aliorum, et si non possint super hoc ad inuen-
tionem conuenire infra tres dies teneant hoc ad
epo, qui nunc est, et qui pro tempore fuerit
eius Vice Genti notificare, qui quem uoluerit
ad suum officium exercent. eligat, et assumat,
et interim antiquior Canonius dictae Eccl-
siae scribat supradicta.

Item, quod ille, qui fuerit electus, et assum-
ptus ad predictum officium exercent.

inuet factis scripturis sacris in presentia
Prepositi, et Canoniorum residentium
dictae Eccl-ae, quod predictum officium
remotis odio, amore fraude, et neglig-
tia secundum suum posse fideliter exer-
cebit.

Item, quod Prepositus, et omnes Canonici
dictae Eccl-ae presentes, et futuri iurent
ad sancta Dei euangelia obseruare om-
nia statuta supradicta, et contra ea
non uenire.

Item, quod nunquam dicti Prepositus, et
Canonici recipiant aliquem ad dictam
datam, nisi prius prestiterit iuramen-
tum de obseruandis statutis omnibus
supradictis in ipsorum presentia
sacris sacris scripturis.

Item, quod quilibet tam Prepositus,
//

quam canonici faciat suam septima
nam in ecclesia supradicta, ^{vide. 2} et si con-
tigerit aliquem eorum aliquo legitimo
impedimento detineri propter quod
non possit hoc aliquo aliter adimplere,
per alium ipsum sequentem in septi-
manam suppleat septimanam taliter
impediti

Item, quod quilibet canonicus nouus, ante
quam ad preben. recipiatur, teneatur,
et debeat dare canonicis Capituli dictae
ecclesie solidos quadraginta Imperiales
in ornamento dictae ecclesie, dumtaxat
at conuevandos

Lata, data, et promulgata fuerunt om-
nia suprascripta statuta, et refor-
mationes per dictum R. Vicarium
in presentia R. Mathei de Cruzinallo
Dreporiti, Presbiterosum Maradiri

1335.

7
de Cruzinallo, Simonis de Meno, et Ambrosij de
Orta Canoniorum dictae ecclesie
sub anno Dni millesimo secentesimo
trigesimo quinto, Indictione tertia
die Martis vicesimo primo Martij
in dicta ecclesia S. Ambrosij de Ve-
menia presentibus R. Henrico Bre-
posito Insulano, fratre Nicolino Do-
mus S. Marthe, Nouarie R. Andrea
Vicario Vemenia Zenario de Vallo, et ali-
is pluribus Testibus ad predicta notis, et ro-
gatis

Quibus quidem predicti fratris Gulielmi Vicarij
et Visitatoris reformationibus, statutis, con-
stitutionibus, vel ordinationibus non inten-
dentes in aliquo derogare ipsos, et eorum
quolibet habuit ratas, et auctoritate
predicta ordinaria, ac presentis iurisdictionis

inviolabiliter precepit per Prepositos,
et Canonicos, et seu Beneficiarios predictos,
Ecclesie S^{ti} Ambrosij observari, et quoni-
am ipsas constitutiones, seu reformationes
et ordinationes in ipsa visitatione per
Prepositum, et Canonicos, ac Beneficia-
tos ipsius Ecclesie, contumaciter abiecto
obedientie iugo penas in ipsis contentas
non formidantes, inuenit dictus Pater
non fuisse observatas, cum obedientia ni-
hil prodere obedientibus, sacro Canone
attestante, si inobedientia contumacibus
non obesse, monuit quod pro primo, secun-
do, tertio, et peremptorio termino R^orum
Anselmum de Blanchis Prepositum,
Presbiteros Ambrosium de Orta, et Jaco-
bum de clavo Canonicos, et Beneficiarios
eiusdem Ecclesie, quod usque ad sex dies

8
provenientes post presentem ordinati-
onem, constitutionem, et reformationem
publicatas, quorum duos pro primo, duos
pro secundo, et reliquos duos pro tertio
termino, et peremptorio eidem assigna-
vit, dicto Patri debians plenam fidem
facere si potuerint se observare consti-
tutionem antedicti Fratris Gulielmi
Vicarij, et Visitatoris; Alioquin ipsos, et
eorum quemlibet culpabilem ex nunc
pro ut ex tunc declaravit incurvere
penas, et penam in ipsis reformationibus
contentas. Intendens ipsos, et eorum
singulos multare, insuper, et puni-
re, pro ut ipsorum, et cuiuslibet eorum
contumacia exigit, et contemptus. —
Cum ad dicti Patris aures, fama publica
revelante, et clamorosa insinuatione

peruenerit, predictus Prepositus, et
Canonicos ipsas constitutiones, et re-
formationes minime obseruare. Ex
quo tanto maiori pena digni sunt,
quanto diuini cultus augmentum
contumaci inobedientia, et contemptu
in suarum animarum dispendium,
et iacturam spreto Dei timore, et pena-
rum formidine nequiter prostergerunt.
It^{em} quod cum in dicto Visitationis officio
sit reperiunt, quod nonnulli de Loco
Civejij plebis Vemenie, quadragesima
non incipiunt tempore debito, quod Re-
ctor dicta Culejij, moneat omnes, et sin-
gulos loci predicti, quatenus sub pena
excommunicationis quadragesimam
predictam incipiant more Romano
videlicet quarta feria post quinquagesimam.

genimam.

9
It^{em} quod cum in ipso Visitationis officio
sit reperiunt, quod Steuum Infirmorum
in extremis laborantibus raro datur, quod
Prepositus, et Canonici dicta plebis cu-
ram animarum habentes debeant
eorum populo predicare, quales sit
istud Sacramentum, et ad quod insti-
tutum, et quanta fortitudinis anima
bus decedentibus existat, ac per salutem
exhortationem ipsius Parochiani, cum
expedit ipsum portent humiliter, et
deuote.

It^{em} quod cum in dicto Visitationis officio
sit reperiunt, et etiam post visitatio-
nem ipsam in pluribus vicibus ad ip-
sum D. Episcopum fide dignorum
relatione peruenerit, quod ipsi le-

desia, et maxime in diuinis offici-
is animarum cura per R^omum An-
selmum de Blanchis ipsius C^ollegie, Pre-
positum eidem, et conuenit, C^ollegia
non seruitur, cum ipse ratione pro-
positura, maxime teneatur ad Dic-
tam C^ollegiam continuere residere,
et ratione preben. dicta ipsius proppo-
situra, unum Capellanum continuu
in illa C^ollegia teneatur habere, et
ipse Prepositus in diminutionem
diuini obsequij in dicta C^ollegia non
resideat. Quod quidem idem R^oter,
et D. Episcopus salua conscientia,
et absque graui scandalo multorum
tolerare non possit, cum de presenti
nulla causa rationabilis uideatur,
propter quam dictus Prepositus

10
apud C^ollegiam predictam residere
non possit, uolens indemnitate ipsi-
us C^ollegie, dictique Prepositi, anima-
rum saluti, et consolationi populi
prouidere, reformando statuit, ordina-
uit, atque deuenit, quod de cetero dic-
tus Prepositus, qui nunc est, et illi qui
de cetero in dicta fuerint C^ollegia apud
ipsam C^ollegiam continuam faciant
residentiam personalem, et pro preben-
da unita ipsi prepositura, quod Capella-
num continuu ibidem teneant sub
pena solidorum duorum pro sin-
gula die, qua non interfuerit diuinis,
seu residentiam non fecerit soluenda
per ipsum prepositum, et exigend. per
illum, qui deputatus fuerit ad scriben-
dam presentiam, et absentiam dicti

Prepositi, et Canoniorum, quos pe-
na in utilitatem residentium con-
uertatur. —

Item, quod cum in dicto Visitationis offi-
cio sit repertum, quod quidam Master,
us Prepositus dictae Ecclesie, reliquit
libras decem pro reparatione
quarundam domorum Ecclesie supra
dictae, quatenus B^{er} Anselmus eius
successor sub pena solidorum centum
procurat ipsam pecuniam exe-
gisse, et voluntatem dicti predecessoris
sui executioni mandasse infra an-
num unum proxi^o fut^o. —

Item, quod cum in dicto Visitationis offi-
cio sit repertum, quod nonnulli ex Ca-
noniis dictae Ecclesie, in domibus dic-
tae Ecclesie nocturno tempore non ha-

bitent, quod de cetero, quilibet tam Pre-
positus, quam Canonici ipsius Ecclesie,
in domibus predictis habitare debeant
tam nocturno tempore, quam diurno
sub pena excommunicationis. —

Item, quod cum in dicto Visitationis officio sit
repertum, quod nonnulli de loco Venencie
in adulterio publico perseverant, Preposi-
tus et Canonici dictae Ecclesie debeant
sub pena excommunicationis ex parte
dicti patris singulis Diebus Dominicis,
et festiuis omnes, et singulos in adulterio
publico existentes in Ecclesia predicta
inter Missarum solennia tam die
excommunicatos denunciare, quam die
de premissis absolutionis beneficium
voluerint obtinere

Quas quidem ordinationes, et confirmationes

idem Rater, et Dominus sub excomuni-
cationis pena observandas mandavit
mandans Preposito, et Canonico dic-
tae Ecclesie, quatenus illas studeant
infra octo dies proximos in forma
publica habuisse. Acta fuerunt pro
dicta in Episcopali Palatio prole Prae-
sentibus Presbitero Johano de Orta
Canonico S. Juliani de Gaudiano,
et Fratre Laurentio de Valentis Or-
dinis Fratrum Heremitarum S. Augustini
Familiari dicti P. Episcopi
Testibus vocatis ad praesentia.

Subscriptus - Ego Guivicius f. qm Joannis
de Lamutic de Insula publicus a
publica, et Imp. auctoritate Notarius,
praefatus P. Episcopi scriba praesentis
interfui, et hanc chartam rogatus

12
tradidi scribi feci. Ego Joannicus No-
tarius filius Rolandini de Orta hanc
chartam iuxta superscripti Guivici,
qui eam tradidit, et imbreviauit, scrip-
si, et me subscripsi.

Et cum P. Pbro Jacobo Canonico dicte Ec-
clesiae S. Ambrosij de Vemenia ad-
duci fuit, quod alias pro huiusmodi
confirmationibus lata fuit sententia
in favorem Agentium praedictae Eccl-
esiae S. Ambrosij contra quemdam
P. Benedictum de Leonardis Prepo-
situm de Novaria, et Abbatem Julia-
num de Gattico Canonium dicte Ec-
clesiae S. Ambrosij, cuius quidem
sententiae tenor sequitur ad litteram
pro ut infra videlicet.

1497. Milleesimo quadringentesimo nonagesimo

septimo Indictione quinta Decima
Die Jouis decimo quarto mensis Decembris
in tertijs hora debita causa-
rum, coram prefato Venerabili Pro-
curatorum Doctoro D. Andrea de Fa-
gnano Ordinario Ecclesie, majoris
Mediolani, Commissario, et Delegato
Apostolico antedicto pro Tribunali Se-
dente super quodam banco posito in
prefata Mediolani Ecclesia. Compa-
ruit supradictus Spectabilis Doctor
D. Bernardinus de Chrispis Sindicus,
et Procurator, et sindicario, et procu-
ratore nomine suprascriptorum Con-
sulum, Communis et Hominum ter-
re Vemenie, predicta causa, et occa-
sione suprascripte citationis pervempti-
vie ad ipsius Bernardini Sindici, et

13
Procuratoris antedicti instantiam
emanate suprascripto spectabili Doc-
tori D. Francisco de Beltraffijs Pro-
curatori, et procuratorio nomine quo
supra, et serviri in ipsa citatione
inserti, qui cadit ad has diem, et ho-
ram, et consummationem, et absentiam
suprascripti D. Francisci procurato-
ris antedicti, et supra citati, et non
comparentis accusavit, et accusat, et
petijt eius nomine, quo supra per
ipsum D. Commissarium, et Delegatum
Apostolicum antedictum consummationem
reputari, et haberi, et in eius consumma-
tionem, et absentiam, quatenus opus sit
conclusionem in causa per eundem Ve-
nerabilem D. Commissarium, et De-
legatum Apostolicum antedictum

deberet concludi juxta dicta, et sententiam
proferré iuxta petita, et requisita
per eundem D. Bernardinum in
huiusmodi causa, et in, et super omni-
bus, et singulis sibi factis, et impo-
sitam ministrari.

Et hec omnia presente superscripto D.
Benedicto Breposito, suo, et nomine
superscripti Loci Juliani Canonici
antedicti predicti non consentient, in
in aliquo quod sit, vel esse possit in
eius suo, et dicto nomine procedendum,
et prefatus Venerabilis D. Andreas
Commissarius, et Delegatus Aposto-
licus antedictus superscriptum D.
Franciscum Beltraffium procurato-
rum antedictorum, ut supra citatum,
et non comparentem contumacem

reputavit, et reputat, et qui, ut dixit
fuit, vidit, et diligenter examinavit
suprascriptas literas Apostolicas, et
supra eadem divestas, nec non instru-
mentum presentationis ipsarum
literarum Apostolicarum sibi factis,
vix instrumentum impedimenti
prefati D. Brepositi de Parabiago
Collegi sui rogat, et tradidit per me
Alajium de Varisio Notarium In-
frascriptum anno, et die in eo con-
tentis, nec non literas citationis, et
supra mandato prefati Venerabilis
D. Commissarij, et Delegati Aposto-
lici, et ad instantiam prefati spectabi-
lis D. Bernardini Lindici, et Procu-
ratoris antedicti dicto D. Breposito,
et Canonici emanatas, ipsarumque

literarum executionem sive vela-
tionem, et comparationem, et petiti-
onem nomine Ditorum Consulum
Communis et Honorum de Vene-
tiis coram eo factis, et contradic-
tionem, exceptionem nomine dicti
D. Bernardini Benedicti Prepositi,
et Juliani Canonici et supra factas
nec non mandata ipsorum D. Bernar-
dini Crispi, et Francisci de Beltraffis,
ac omnia, et quaecumque in causis
huiusmodi agitata, facta, et producta
in actis recepta per me iam dictum
Aloisium de Varisio Notarium ani-
no, et diebus in eis contentis, et qui
ut dicit super premissis omnibus,
et singulis maturam, et diligentem
deliberationem habuit, et habere vo-

15
luit. Idcirco, quatenus opus sit conclu-
sione in causa huiusmodi, concludit, et
concludit, et ad suam sententiam, si-
ue Declarationem deveniendum fo-
re decrevit, et decrevit in hunc mo-
dum, et per hec verba ult.
Christi Nomine invocato, eiusque au-
xilio misericorditer implorato, dicimus,
pronunciamus, et hanc nostram
sententiam, quam pro Tribunali
Peden[si] auctoritate Apostolica, qua
fungimur in hac parte, facimus,
in his scriptis declaramus, et con-
demnamus, condemnatosque com-
pellimus dict. D. Franciscum Procu-
ratorem antedictum, et in eius perso-
nam dict. D. Benedictum Prepositum,
et Julianum Canonium Culeria

predicta *Sti Ambrosij de Veruenia*
ad residentiam, et continuam, et per
sonalem residentiam faciendum ad
dictam ecclesiam *Sti Ambrosij*, et in
dicto Burgo Veruenie, ^{et hoc iuxta,} et
secundum formam constitutionum,
sententiarum, ordinationum, refo-
mationum, et confirmationum su-
perinde factarum, et de quibus patet
publicis instrumentis in causa huius-
modi coram Nobis productis, et ipsos
Prepositum, et Canonicum benevi-
et debere servari dictas confirmatio-
nes, ordinationes, reformationes, et con-
stitutiones, ac sententias. Ita tamen
quod dictus *P. Prepositus* attentam
sui infirmitate possit, et valeat,
ac teneatur, et debeat ratione dicta

//

16.
Preposituram tenere, et deputare unum
idoneum Vicarium, seu Capellanum
ad deservendum in dicta ecclesia,
et personalem residentiam faciendum
ad dictam ecclesiam *Sti Ambrosij* ip-
sis hominibus gratis, et ad deser-
vendum dicta Prebenda, seu Ca-
pella unice, iuxta constitutiones,
et ordinationes predictas, alium Ca-
pellanum pro ipsa prebenda, seu
Capella deputandum. Dictisque Vicari-
ibus in expensis in causa huiusmo-
di coram Nobis factis, condemnamus
eorum taxatione Nobis, vel cui in pos-
terum conixerimus, reservata, lecta
lata, et in his scriptis sententialiter
pronunciata, et promulgata fuit
suprascripta sententia, siue de la:

//

vatis per suprascriptum Venerabilem
Decretorum Doctorem D. Andream
de Fagnano Ordinarium Ecclesie
Maioris Mediolani Commissarium
et Delegatum Apostolicum antedi-
ctum pro Tribunali Sedente super
quodam banco posito in Ecclesia
maiori Mediolani prefata sub an-
no Natiuitatis Domini millesimo
quadragesimo nonagesimo septi-
mo Indictione decima quinta
die Jouis decimo quarto Decembris
in tertijs presente suprascripto Ve-
nerabili Viro D. Bernardino de
Crispo Sindico, et Procuratore, et
Sindicario, et procuratorio nomine
suprascriptorum Consulium Commu-
nis, et Hominum dicti Loci de

1497.

17
Venerabili predicta sententiam, sive
Declarationem acceptante, et regrati
ante prefatum Venerabilem D. An-
dream Commissarium, et Delegatum
Apostolicum antedictum de bonâ ius-
titiâ sibi dicto nomine ministrata,
nec non presente suprascripto D. Be-
nedito Repposito suo, et nomine su-
prascripti Presbyteri Juliani Canoni-
ci antedicti, predicta non consentient,
in aliquo quod sit, vel esse possit in
eius, suo, et dicto nomine preiudi-
cium, et à dicta sententia, sive de-
claratione viuis voce ad Sanctam
Sedem Apostolicam appellan, et aptos
presen. dicto D. Bernardino nomi-
ne quo supra presente, et dicente
non esse differendum dicta appella:

tioni, cum appellatio ipsa fuerit
et sit nulla, et à nullo gravamine
interposita, et prefatus D. Andreas
Commissarius et Delegatus Apostolice
curie antedictus, dicto D. Breposito
et nomine, quo supra habent. eius
responsionem, et Apostolos, quem
seu quos super appellatione pre-
dicta, suo, et dicto nomine eidem
dare voluerit terminum juris
interiri, et quandoque statuit,
et assignavit, et statuit, et assi-
gnat, et absente suprascripto Hono-
rabili D. Francisco Beloraffio pro-
curatore antedicto in eius absentia
divina suppleat suppleat clementer
vel non presentibus Honorabili
Viro D. Joanne Antonio de Lus-

//

28
terla f. g. m. D. Francisci Botta,
Ticinensis Parochia, S. Marie in
Valle Mediolani, et Joannino de
Cattoneis f. g. m. D. Baldassaris porte
orientalis Parochia, S. Marie, Bas-
savelle Mediolani Testibus idoneis
ad premissa vocatis specialiter, et
rogatis subscriptis. — Ego Aloisius
de Baverio dictus de Varisio f. g. m.
Joannis porte nove, Parochia, S. I.
Donini ad gazano Mediolani No-
tarius subscripti. Acta sic ut supra
agitata, et facta fideliter recepi, et
in actis poni, deinde suprascripta
sententia siue declarationis sic, ut
supra per prefatum Venerabilem
D. Andream Commissarium, et
Delegatum, lecta, et promulgata

//

una cum prenominationis Testibus
presens fui, sic uero Legi, et profertur,
uidi, et audiui, et deinde rogatus de
eâ Instrumentum confeci, et sic me
hic subscripsi cum appositione signi
mei Tabellionary in fidem, et Testi-
monium premissorum.

Et subsequenter eidem Breuitero Jacobo
ostensa fuerunt precepta Aposto-
lica tibi, et Antecessoribus tuis fa-
cta, et intimata, quatenus sub
penâ, et penis in eis preceptis
contentis debeant ipsa ordinamenta,
constitutiones, reformationes, ac con-
firmationes, et sententias ad unguem
observare, cuius primi precepti
tenor sequitur ad litteram ult.

Matheus Misericordie Divina Tituli

19
Joh. Potentianer Sacerdos Sancte Ro-
mane Ecclesie Breuitus Cardinalis
Tudunensis Ecclesie Nouariensis Ad-
ministrato perpetuus. Uniuersis,
et singulis presentes literas inspec-
turis salutem in Domino sempiter-
nam. Accepimus non absque nos-
tri graui displicentia, quod licet
Canonici, et Prepositi Ecclesie
Joh. Ambrosij loci de Venencia
nostre Nouariensis Decanus pre-
sontalem residentiam apud eandem
Ecclesiam facere, ipsaque Prepositus
in causam non residentie Vicarios,
et Capellanos, qui loco sui, ipsi Ec-
clesie deseruiant iuxta dicta Ecclē-
siae statuta, ordinationes, sententias,
et consuetudines hactenus obseruatas

tenere, et deputare teneatur, et sit ad-
strictus. Nihilominus à certo tempore
iura modernus Prepositus, qui apud
ecclesiam predicam non residet, Capel-
lanum tenere, et nonnulli Canonici
apud dictam ecclesiam residere recusant,
negligunt, et contemnunt in divini cul-
tus, et eiusdem ecclesie, diminutionem, et
animarum suarum periculum, et dis-
pendium non modicum, quare pro par-
te Communis, et Hominum dicti Loc-
i Nobis fuit humiliter supplicatum,
et in premissis opportuna auctoritate
nostra ordinata providere debe-
re dignavemur. Nos igitur, qui divi-
num cultum nostris potissimum
temporibus augeri deideramus, huius-
modi supplicationibus inclinati, ten-

20
re presentis Prepositum, et Canonicos
predicos, primo, secundo, tertio, et per-
emptorio, requirimus, et monemus, qua-
tenus infra sex dies post notificationem
presentium, quorum sex dierum duos
pro primo, duos pro secundo, et religios
duos pro tercio, et peremptorio termini
: no, ac monitione canonica amignamus
sub excommunicationis pena, quam
nisi fecerint, que, mandamus in eos
et in eorum quemlibet ferimus in his
scriptis, et sub fructuum subtractione,
debeant personalem residentiam face-
re incipere, et continuaré, vel saltem
ipse Prepositus, Vicarios, et Capellanos,
qui loco suo deserviant, ut preferatur
deputare realiter, et cum effectu iuxta
ordinationes, sententias, et consuetudines

predictas, et si se grauatos senserint, com-
pareant coram Nobis infra unius Men-
sis spacium in Ciuitate nostra Sedu-
nensi, uel ubi Nos uideri contigerit,
aliquin ut supra. In quorum fidei
presentes fieri, et per adiutorem nos-
trum subscribi, et sigilli nostri iuncte
impressione muniri. Dal. Ormau-
cij Notarij Nouariensis Diceps, anno
a Natiuitate Domini millesimo quin-
centesimo decimo tertio, decima septi-
ma Mensis Decembris, Pontificatus
D. N. Leonis Papae Decimi anno primo
signat. M. Sanderus Auditor de Mandatis
subscriptis, de cuius quidem precepti
intimatione apparere dicitur Instru-
mento relationis scripto, et subscripto
per Jacobinum Bazettam Notarium

2513:

21
olim D. Potestatis Venetie, cuius
quidem tenor sequitur, pro ut infra ult-
Millesimo quingentesimo decimo tertio
Inditione secunda die Jouis uigesi-
mo Mensis Aprilis in Salatio Commu-
nis Venetie, Philippus della Zoppetta
seruitor publicus Communis Venetie,
et Hebris suo iuramento prestitis in
manibus, et delatione mei Jacobini
Notarij suprascripti, retulit, dixit, et
protestatus fuit mihi Jacobino No-
tario suprascripto se die hodie ad instan-
tiam D. Antonij della Lucegia, et D.
Antonij Caccini Syndicorum Ecclesie
S. Ambrosij de Venetia nec non
D. Joannis Baptista Marzoli Joannis
Antonij Gnerri, Antonij Petrini, et
Antonij Borgni Consulum Burgi

Venerabilis et de mandato prenomina-
ti Illustris D. Cardinalis, et Episcopi
antedicti intimasse copiam supra-
dicti ordinati, et omnium, et singulorum
in eo contentorum D. Pbro Joanne
Baptista de Magnanis, D. Presbitero
Matthaeo de Magnanis Canonico pre-
fate Ecclesie de Venetia personaliter
receptis, et deinde eam intimasse D.
Presbitero Jacobo de Vallino etiam Ca-
nonico prefate Ecclesie, et eidem pro
omnibus dimissionis, et intimasse, et
eos monuisse, citasse, et precepisse,
et fecisse in omnibus, et per omnia,
pro ut supra continetur, et scriptum
est habuit in mandato, signatus Jaco-
binus Bazeta Notarius Banci D.
Potestatis Venetie, et plebis prenomi-

20
se relationi interfuit rogatus, scripsit
et se subscripsit. Alterius vero precepti
Apostolici tenor sequitur pro et ad
litteram etc.

Antonius Tituli Sancte Praxedis Presbi-
ter Cardinalis Lapiensis, ac Ecclesie
Novariensis perpetuus Administra-
tor Vobis Dominis Preposito, et Cano-
nicis Ecclesie S. Ambrosij de Vene-
tia, et Vestrum cuilibet salutem in
Domino. Exponi Nobis fecerunt Com-
munitas, et Homines Venetie, quod
Vos, qui habetis curam dictae Ecclesie
negligitis facere personalem residenti-
am in Burgo Venetie pro cura Ani-
marum faciem. per Vos, et vestrum
quemlibet, pro ut anxuit Vos teneri
ex forma constitutionum dictae Ecclesie.

et ordinationum Reverendorum Patrum
Predecessorum nostrorum in gravem ipso-
rum damnum, et animarum pericu-
lum, et propterea supplicarunt, ut
de opportuno remedio eis provide-
mus. Quare Vobis, et uestrum cuilibet
committimus, et mandamus sub
pena excommunicationis, et centum
Ducatorum Camere nostre Episcopi
li applicandorum, quatenus debeatis,
et quilibet uestrum debeat observare
dictas constitutiones, et ordinationes
ad unguem, prout iacent, et si ex
hoc nostro mandato senseritis vos gra-
vari, compareatis coram Revere[n]do Pa-
tri Episcopo Thiberiadensi supfraganeo no-
stro citata parte iustitie complementum
recepturi, alioquin, ut supra. Datum

Mensi septimo Septembris millesimo
Quingentesimo decimo octavo presen-
tibus per quemcumque, et presen-
tanti, restituantur suprascripta Fede-
ricus Agatonius.

Demum attentis premisis omnibus
et singulis suprascriptis Presbiter
Jacobus Canonicus dictae Culestie
S. Ambrosij de Vemenia conside-
rans angelicum esse emendare, et vo-
lens obtemperare voluntati Commu-
nis, et Honorum Vemenite, et preno-
minata precepta observare, ex cer-
ta scientia ad instantiam, et requir-
tionem Patrum Antonij Caccini A-
gostis Marzoli, Joannis Baptiste
Marzoli, Joannis Baptiste Bazzon
et Joannis Antonij Frenvi Sindio.

vum, et Agentium nomine Communis, et Hominum Vemenie, et Diocesis Ecclesie S^{ti} Ambrosij de Vemenia predictas constitutiones, reformationes, statuta, ordinationes, et confirmationes predictae Ecclesie S^{ti} Ambrosij de Vemenia, et omnia, et singula suprascripta, et infrascripta, et in presenti Instrumento contenta ad partem, et utilitatem dictae Ecclesie S^{ti} Ambrosij confirmavit, approbavit, ac emologavit, ac confirmat, approbat, ac emologat, promittens ipse Presbiter Jacobus Canonius ut supra apud dictam Ecclesiam situs in Burgo Vemenie, personalem reverentiam facere toto tempore vite sue, et curam animarum facere

24
et in omnibus, et per omnia ipsas constitutiones, confirmationes, reformationes, et sententias, ac declarationes predictas, et mandata prelatorum Reverendorum Cardinalium observare adimplere, et executioni demandare ad unguem pro ut iacens exceptioni presentis emologationis, et confirmationis non sit, vel aliter gesta omnino renunciando.

Quam autem confirmationem, approbationem, et emologationem, et quam promissionem, et omnia, et singula suprascripta dictus P. Presbiter Jacobus filius Bartholomei Vellini de Bulca Canonius antedictus per se, et successores suos convenit, et promisit, ac convenit, et promisit suprascriptis fin.

//
Diciis et Agentibus, et mihi Joanni
Baptista f. qm Rothi de Bulca Scriba
et Notario publico Communitatis Ve
menie, et uti publica persone sibi
petulanti, et recipienti nomine, ac
ad partem, et utilitatem dictę Ecclē
sie S. Ambrosij de Verdenia, et pe
me dictę Ecclesie, firmam, ratam,
et gratam, ac firmas rata, et grata
habere, perpetuo tenere, attendere,
et observare, et nunquam contrafa
cere, nec contravenire, nec contra
nienti consentire tacite, nec expres
si aliqua ratione, seu causa de qua
re, nec de facto sub hypotheca, et
obligatione omnium bonorum suo
rum, et refectione damnorum, et
pensarum, et interesse litis, et exora
//

25
legitime restituere. — — — — —
Et inde de premissis rogavit me Nota
rium infrascriptum publicum
conficere debere Instrumentum unum
seu plura, unius tamen tenoris lau
de Sapientis, si opus fuerit. — — — — —
Actum ut supra — — — — —
Omni signo Tabelionary subscripto
hoc modo videlicet
Ego Joannes Baptista genitus quondam
Rothi de Bulcha publicus Imp. au
toritate Notarius pns Instrumentum
rogatus tradidi, Imbreuiam, scripsi,
et me subscripsi. — — — — —
J. Capellano delli Biancotti Juspatrona
ito ha da suoi patroni Caja, ed' otto,
et — — — — — 100
Item habbia dal Comune, che ora se gli

aggiungono — — — — — 60: — — —

con carico di dire messa ogni giorno
secondo il solito, cantare le messe, e ves-
peri, ed altre ore insieme con li Cano-
nici. — — — — —

Et pro ut latius in d. libro existens in Archivio
us supra. In quorum. Daz ex Archivio prod
has die 22 Maij 1717.

J. B. de Georgis pub. aptica. ad.
H. del. pr. d. Archivio deputatus.